



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

LIII. Vtrum teneatur mutus per scriptu[m] confiteri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



### Caput III. De Qualitate

Luc. 17.

Adde, quòd si eum per rescriptum absolueret, fortasse iam tunc pœnitens mutatus esset animo, ita vt indignus esset Absolutione, aut fortasse vita defunctus. Ideoque eorum exemplo, qui à lepra curati, iussi à Christo sunt ostendere se Sacerdotibus, docetur corporali præsentia confitenda esse Sacerdoti peccata, non per nuntium, non per scriptum, aut epistolam manifestanda, sed facie ad faciem.

Si verò quis in præsentia Sacerdotis scripto confiteatur, fieri potest dupliciter. Vno modo, vt pœnitens scriptum tradit Sacerdoti, qui legat, nihil pœnitente voce, aut signo affirmante. Et hæc quidem Confessio eadem præfata ratione non est valida; quoniam per illas literas nihil pœnitens affirmat.

Si verò, cum singula peccata Sacerdos legit, pœnitens dicat, se fecisse illa, vel nutu capitis, si mutus sit, annuat; tum est vera Confessio, quia locutioni æquiualeat.

Quæstio  
LIII.

Teneturne mutus per scriptum  
confiteri?

Respōsio. **N**ON: Quia eiusmodi Confessio ex genere suo non est secreta: Quod enim scriptum, licet manu teneas, potest Sacerdos subripere, vel tu ex incuria perdere, & multò erit minùs secretum, quam quod eorum interprete



prete profers. Atqui licet Confessio, si publicè fiat, etiam sit vera & legitima: attamen necessarium non est, ut quis sua scelera in publicum deducat; quia Christus, cuius iugum suaue est, & onus leue, noluit ut peccata nostra periculo infamiae nostrae exponeremus, & nonnunquam mortis, si publicitus essent nota.

Matth. 11.

*Licetne nutu confiteri?**Quaestio*

LIII.

*Responsio.*

**T**Am linguæ ignarus, quam mutus, qui de religione Confessionis eruditus est, tenetur meliori, quo potest, modo nutu confiteri. Et ratio est, quia nutus pro vocibus seruiunt; quapropter pari iure, & mutus & loquens ligantur. Dixerim autem meliori modo, quo possit, non quidem quòd teneatur summam diligentiam adhibere exquirendi effingendique nutus, quos Sacerdos intelligat: Sat enim est illam præstare, quæ iudicio prudentum in re graui adhiberi debet. Verùm si quis potest voce intelligibili confiteri, & non confitetur; tametsi Sacramentum consistat, si integrè confiteatur per nutus: peccat tamen & abutitur donis à DEO sibi datis.

*Quònam ritu est facienda**Confessio?**Quaestio*

LV.

*Responsio.*

**M**agna cum humilitate fieri Confessio debet, utpote quæ non ipsi tantùm Sacerdoti,